

enos et ab unitate ipsius ecclesiae separatos, qui talibus in apostasiae obstinatione perseverantibus pertinaciter^t adhaerere voluerint. Et si amplius in parroechia^u nostra hoc fecerint, iudicio²⁰ sancti spiritus a corpore et sanguine domini et christianorum societate atque consortio segregamus et episcopali auctoritate^v, si se non correxerint, secernimus, donec, si forte iuxta apostolum eos respiciens det²¹ illis [deus] poenitentiam ad eius voluntatem, ut resipiscant a laqueis diaboli, a^w quibus capti tenentur, et per dignos paenitentiae fructus satisfaciant ecclesiae, quam laeserunt; ea videlicet^x conditione, ut secundum formam mistici Niceni concilii et
 50 Africae^y provinciae canonum iuxta[que] apostolicae sedis et decreta pontificum Siricii, Innocentii, Caelestini, Leonis, ubicunque fuerint, ultima paenitentia et necessarij viatici communio^z petentibus non negetur.

Eos autem, qui de nostra^a dioecesi²² non sunt nec specialiter sunt^b nostrae curae commissi et memorata mala in nostra parroechia commiserunt, ab eadem nostra parroechia^c, si se non correxerint, excommunicatos esse decrevimus eo tenore,
 55 ut nullam participationem in ea vel in^d communione ecclesiastica vel in societate Christi fidelium nobis commissorum^e habeant, donec consilio et iudicio eorum, quorum interest, deo^f et sanctae dei ecclesiae satisfaciant, quia nulla participatio est Christi cum Belial nec pars est fidei^g cum infidele. Et quia bonus pastor, id
 60 est Christus, neminem vult perire, iubemus, ut, si forte in praescripta parroechia^h nostra cuiquam illorumⁱ imminens urgientis^j mortis periculum ingruerit, secundum praefatam sacrarum^k regularum formam poscenti ultima poenitentia et viatici^l muneris communio non negetur.

Et ut de hoc nullus excusationem habeat, nec excommunicatus de emendatione nec alius aliquis de admonitione, praecepimus archipresbiteris²³ nostris atque decanis et alijs presbiteris^m, ut omnibus hoc per parroechiam nostram notum faciant excommunicatisⁿ videlicet, ut emendentur, non excommunica-

t) ter am Zeilenende über der Zeile Hs. u) aus parrochia korr. Hs. v) aus autoritate korr. Hs. w) nachgetragen Hs. x) aus scilicet korr. Hs. y) aus Africanae korr. Hs. z) fälschlich zu communioni korr. Hs. a) a fälschlich zu o korr. Hs. b) nachgetragen Hs. c) aus parrochia korr. Hs. d) nachgetragen Hs. e) aus cum miseram korr. Hs. f) aus domino korr. Hs. g) danach ein Buchstabe durchstrichen Hs. h) aus parrochia korr. Hs. i) nachgetragen Hs. j) aus urgientis korr. Hs. k) a² uneindeutig zu o korr. Hs. l) danach ein Buchstabe durchstrichen Hs. m) aus praesbiteris korr. Hs. n) tis am Zeilenende über der Zeile Hs.

20) iudicio – 52 negetur formulargleich auch in dem in die Akten von Douzy (871) inserierten Brief Hinkmars v. Reims an Remigius v. Lyon und dessen Suffragane vorhanden, hier nach MGH Conc. 4 S. 408,13–30+32–35 bzw. 447,37–448,8+10–13.

21) 2. Tim. 2, 25–26.

22) Gemeint ist die (Reimser) Kirchenprovinz.

23) Zu den Archipresbytern und Dekanen in der Reimser Diözese zu Zeiten von Hinkmars Pontifikat vgl. Martina STRATMANN, Hinkmar von Reims als Verwalter von Bistum und Kirchenprovinz (Quellen und Forschungen zum Recht im Mittelalter 6, 1991) S. 24–28 bzw. S. 30.